


Est alteratio manus, quia succedit tertia, & consequenter quarta ita, vt in omni alteratione semper minimus succedentis occupet locum indicis præcedentis, Et index quartæ in hora 12, id est, in suprema meridiani parte terminabitur. Quia quatuor alterationes manus sinistra cõplent locũ semicirculi orientalis, vt in præcedenti problemate ostensum est. Manus vero dextra quater sumpta occupat locum semicirculi occidentalis, descendendo secundũ numerorũ ordinẽ ita, vt index dextræ primæ manus occupet locũ indicis sinistrae horã similiter 12, representans, medius dextræ, qui ad occasuram cœli partem succedit 1, horã demonstrat, annularis 2, & consequenter ita, vsq; ad quartã manũ, quæ rursus minimo digito cadet in meridianũ, veluti in depictis manib; responderent fabricatis cernere habes.

Prima sinistrae manus

Secunda sinistrae manus

Tertia sinistrae manus

Quarta sinistrae




Consequens est, vt de horarũ obseruatione differamus, quas horas in præsentiarũ dactilicas nũcupare solemus. Cogniturus hinc horas dactilicas, subleua manũ sinistra, si stella C in parte oriẽtis apparuerit, & diligenter cõsidera, an in manu prima, secũda, tertia aut quarta fuerit, & ante oculos tuos cũ iusta digitorũ extensione retine, ita, vt iuxta radicẽ pollicis eiusdem manus stellã polarẽ intueri queas. Deinde stellã C aspice, & numerũ illius digiti vel eius partẽ (si inter duos digitos inuenta fuerit) obserua diligenter, q̄cũq; .n. deciderit horã dactilicã monstrabit. Quod si vero ipsa stella in occasura cœli parte apparuerit, manu dextra vt licebit, numerũq; deorsum cõputando. Hora sic vt cũq; inuenta hora inquã illa, quantũ stella C distat à supremo vel imo cœli, propter horarũ discrimina dactilica appellatur.

Manus prima

Manus secunda

Manus Tertia



Præstat tandẽ veram noctis horã elicere ex dactilica, exactam si prius manuũ hic positarum habueris cognitionem. Manus igitur prima continet sex menses priores, secunda sex reliquos, quilibet vero mensis duos articulos, & quilibet hora vnũ tm articulũ, incipiendo horarũ numerũ à radice indicis sinistrae manus. Supponamus in super locũ mensis vel diei semper occupare horã 12, hoc est mediam noctem. Cum aut volueris horã manualement siue dactilicam ad mediam noctẽ referre, supputa ipsum ad locũ vsq; suũ (quemadmodũ manus tertia in ordine docet) finiq; notam iungito, quæ ostendit horam noctis quæsitam, ante vel post medium noctis, si saltem rationem à loco mensis vel die secundũ vel contra horarũ numerum feceris: Et habebis horam quæsitam.

Excusum Ingolstadij

Anno curr. 1533.

Constat .28. 5. 8.